



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad
Annum 1746

Luxemburgi, 1752

XXXIV. Declaratio cum instructione super Dubiis respicientibus Matrimonia
in Hollandia, & Belgio contracta, & contradenda. 4. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

Dubium super validitate Matr., cum Hæreticis contracta, in Dominis Ordinū Fœderat., non servata forma Concilii Trid.

Quod a Cle-
mente XII.
remititur
Congreg.
Concilii.

BENEDICTUS
XIV. Con-
gregationem
coram se
convocat.

Declarat vā-
lida Matrī-
monia ibidē
inter Hæ-
reticos con-
tracta.

Declaratio, cum Instruktione, super Dubiis re-
spicientibus Matrimonia in Hollandia, & Bel-
gio contracta, & contrahenda.

MATRIMONIA, quæ in locis Fœderato-
rum Ordinum dominio in Belgio subjectis
iniri solent, sive inter Hæreticos ex utraque parte,
sive inter Hæreticum ex una parte Virum,
& Catholicam Fœminam ex alia; aut viceversa;
non servata forma à Sacro Tridentino Concilio
præscripta, utrum valida habenda sint, nec ne;
diu multumque disceptatum est, animis homi-
num, ac sententiis in diversa distractis: Id quid
satis uberem anxietatis, ac periculorum semen-
tem per multis annos subministravit, quum prae-
seri Episcopi, Parochi, atque illarum Regionum
Missionarii, nihil certi hac super re habe-
rent, nihil vero inconsulta Sancta Sede audenter
statuere, ac declarare. Cum autem, proximè
evolutis annis, in tam ancipi, gravique causa
Apóstolicæ Sedis iudicium vehementius expos-
etur, urgetque id imprimis vigilissimum
Ippensis Episcopus, dum pro debito Officii
sui, & sua erga Beati Petri Cathedram ob-
servantia, de Ecclesiæ sibi concredenti statu ad
Romanum Pontificem referebat, ponendamque
omnino esse tam prolixæ dubitationis finem, gra-
vissimis verbis, ac rationibus persuaderet: Cle-
mens XII. id tempore Romanus Pontifex, qui
rei gravitatem, quanti oportebat, estimaret,
Sacra Congregatione Eminentiss. Cardinalium
Concilii Tridentini Interpretum in mandatis de-
dit, ut de tota controverbia diligenter more
suo cognosceret. In re itaque tanti momenti
volens eadem Sacra Congregatio quam accura-
tissime procedere, commissa sibi cognitionis initium
ab exquisitis aliorum quoque Belgii Epis-
coporum Relationibus, atque sententiis, quas
desuper explorari sicut sit, petendum duxit, eodem
tempore audire voluit præstantes aliquot hujus Almae Urbis Theologos, quibus in-
junxit, ut rem totam ea, qua decet, maturitate
discuterent, suamque opinionem proferrent.

S. 1. At dum hæc maximè agerentur, su-
percedendum per aliquor Menses fuit ab istiusmodi
Causa expeditione, propter viduitatem,
qua intercidit Romana Ecclesiæ, donec ad Sum-
mum Pontificatum feliciter electus Sanctissimus
D. N. BENEDICTUS XIV. inter primas Regimi-
nis sue curas, Causa hujus cognitionem repeti-
julit à memorata Sacra Congregatione Concilii,
quam voluit coram se haberi, ut auditis
Eminentissimorum Patrum Sententiis, ipse de-
dum, quid de hac de re tenendum foret, su-
premo suo pronunciaret oraculo. Cum igitur
Congregatio præfata sub die 13. Maii currentis
 anni 1741. coram Sanctissate Sua fuerit habita,
idem Sanctissimus D. N. spatio aliquo tempori-
ris ad rem secum expendendam accepto, hanc
nuper Declarationem, & Instruktionem exarari
præcepit, qua, veluti certa regula, ac norma,
omnes Belgii Antifites, Parochi, carumque Re-
gionum Missionarii, & Vicarii Apostolici deinceps
in hujusmodi negotiis uti debeant.

S. 2. Primo scilicet, quod attinet ad Matrī-
monia ab Hæreticis inter se in locis Fœderato-
rum Ordinum dominio subjectis celebrata, non
servata forma per Tridentinum præscripta, licer
Sanctitas Sua non ignoret, alias in casibus qui-
busdam particularibus, & attentis tunc expositiis
circumstantiis, Sacram Congregationem Concilii
pro eorum invaliditate respondit; aquæ
tamen compertum habens nihil adhuc genera-
tim, & universæ super ejusmodi Matrimonii
fuisse ab Apostolica Sede definitum, & alioquin
oportere omnino ad consulendum universis Fi-
delibus in iis locis degentibus, & plura aver-

tenda gravissima incomoda, quid generaliter
de hisce Matrimonii sentiendum sit, declara-
re; negocio mature perpenso, omnibusque ra-
tionum momentis hinc inde sedulò libratiss.,
declaravit, statuitque, Matrimonia in dictis
Fœderatis Belgii Provinciis inter Hæreticos us-
que modo contracta; quaque imposterum con-
trahentur, etiam si forma à Tridentino præscrip-
ta non fuerit in iis celebrandis servata, dum-
modo aliud non obſtitetur canonicum impedi-
mentum; pro validis habenda esse; Adeoque
si contingat, utrumque Conjugem ad Catholicæ
Ecclesiæ finum se recipere, eodem, quo ante-
te, conjugali vinculo ipſos omnino teneri,
etiam si mutuus consensu coram Parochio Ca-
tholico ab eis non renovetur; Sin autem unus
tantum ex Conjugib; five Masculus, five Fœ-
mina, convertatur, neutrum posse, quamdui
alter superstes erit, ad alias nuptias transire.

S. 3. Quod vero spectat ad ea Conjugia,
qua pariter in iisdem Fœderatis Belgii Provin-
ciis, absque forma à Tridentino statuta, con-
trahuntur à Catholicis cum Hæreticis, five Ca-
tholicis Vir Hæreticam Fœminam in Matrimoniū
ducatur, five Catholicam Fœminam Hæretico
Viro nubat, dolens imprimis quam maxime
Sanctitas Sua, eos esse inter Catholicos, qui
infano amore turpiter dementati, ab hisce de-
testabilibus Connubis, qua S. Mater Ecclesia
perpetuo damnavit, atque interdixit, ex animo
non abhorrent, & prorsus sibi abstinentum non
ducunt, laudansque magnopere zelum illorum
Antifitum, qui, superioribus propositis spiri-
tualibus penis, Catholicos coercere student, ne
sacrilegio hoc vinculo se Hæreticis conjugant;
Episcopos omnes, Vicarios Apostolicos, Pa-
rochos, Missionarios, & alios quoscumque Dei,
& Ecclesiæ fidèles Ministros in iis Partibus de-
gentes serio, graviorque hortatur, & monet,
ut Catholicos utriusque sexus ab hujusmodi nup-
tis in propriarum Animarum perniciem inen-
dis, quantum possit, abſterreant, eadēque
Nuptias omni meliori modo intervertant, at-
que efficaciter impide fatagant. At, si forte
aliquid hujus generis Matrimonium, Tridenti-
ni forma non servata, ibidem contractum jam
sit, aut imposterum (quod Deus avertat) con-
trahi contingat; declarat Sanctitas Sua, Ma-
trimonium hujusmodi, alio non concurrente
canonico impedimento, validum habendum es-
se, & neutrum ex Conjugib; dōne alter
eorum supervixerit, ullaenus posse, sub ob-
tentia dictæ formæ non servata, novum Matrī-
monium inire. Id vero debere sibi potissimum
in animum inducere Conjugem Catholicum,
five Virum, five Fœminam, ut pro gravissimo
scelere, quod admisit, penitentiam agat, ac
veniam à Deo precetur, coneturque pro viri-
bus alterum Conjugem à vera Fide dearrant
ad gremium Catholicæ Ecclesiæ pertrahe-
re, ejusque Animam lucrari, quod porrò ad
veniam de patrato crimine impetrandum oportu-
issimum fore, sciens de cetero, ut mox
dictum est, se istius Matrimonii vinculo perpe-
tuò ligatum iri.

S. 4. Ad hæc declarat Sanctitas Sua, ut
quidquid hancen sancitum, dictumque est de
Matrimonio five ab Hæreticis inter se, five inter
Catholicos, & Hæreticos initis in locis
Fœderatorum Ordinum dominio in Belgio sub-
jectis, sancitum, dictumque intelligatur etiam
de similibus Matrimoniois extra fines Domini
eorumdem Fœderatorum Ordinum contractis
ab iis, qui addicti sunt Legionibus, seu Mi-
litariis Copiis, quæ ab iisdem Fœderatis Or-
dinibus transmitti solent ad custodiendas, mu-
niendasque Arces conterminas, vulgo dictas di-
Barriera; Ita quidem, ut Matrimonia ibi præter-

Ideo, si am-
bo Conjuges
ad fid. Cath.
redeant, con-
sentum non
esse renovan-
dum.
Si unus con-
verteret,
cum ad alias
nuptias tran-
fere non pos-
se.

Nuptias a
Catholicis
cum Hæreti-
cos contra-
ctas detesta-
tur.

Validas ta-
men prouni-
ciat, etiam
non servata
forma &c.

Quid facien-
dum Conjugi
Catholico.

Idem judi-
candum edi-
cit quoad
personas ad-
dictas Prä-
fatis Locoru
di Barriera.

ANNO
1741.

BENEDICTUS XIV. An. II.

53 ANNO
1741.

Tridentini formam, sive inter Hæreticos utrinque, sive inter Catholicos, & Hæreticos inita, valorem suum obtineant, dummodo uterque Coniux ad eadem Copias, sive Legiones pertineat; Et hanc declarationem vult Sanctitas Sua complecti etiam Civitatem Mose Trajectensis, à Republica Fœderatorum Ordinum, quamvis non jure dominii, sed tantum oppignarationis, ut ajunt, nomine possessam.

Et Incolas
Civitatis
Mosa Tra-
ject.

Domicilia-
rii Provin-
ciarum Fœd.
nubentes in
regionibus
Catholicis,
& vi-
ceversa, sub-
fini juri cō-
muni.

Dat die 4.
Nov. 1741.

S. 5. Tandem circa Conjugia, quæ contrahuntur, vel in Regionibus Principum Catholicorum ab iiis, qui in Provinciis Fœderatis domicilium habent, vel in Fœderatis Provinciis ab habitibus domicilium in Regionibus Catholicorum Principum, nihil Sanctitas Sua de novo decernendum, aut declarandum esse duxit; volens, ut de iiis, juxta canonica Juris communis principia, probataisque in similibus casibus alias editas à Sacra Congregatione Concilii resolutiones, ubi disputatio contingat, decidatur. Et ita declaravit, statuitque, ac ab omnibus imposterum servari præcepit. Die 4. Novembris 1741.

A. Card. Gentili S. C. Concilii Praef.

C. A. Arch. Philipp. Secret.

XXXV.

Matrimonia occulta, quibus, & quomodo sint permittenda, quibusque cautelis celebranda, & in actis describenda: Quomodo consulendum educationi, & indemnitatii Prolis.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatebus, Archiepiscopis, & Episcopis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Matrimonia
palam cele-
bri jubet
Ecclesia.

Concilii Tri-
dentini De-
cretum.

Contraria-
tus nimis
frequens.

SATIS Vobis compertum esse non dubitamus, Venerabiles Fratres, eam semper fuisse pia Matris Ecclesie vigilem curam, ut Sacramentum Matrimonii, Magnum ab Apostolo nuncupatum, publicè, & palam à Fidelibus celebretur. Quod quidem, ut diligenter, quam antea factum fuerat, imposterum ab omnibus observaretur, Sancta Tridentina Synodus, Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigis inherendo, præcepit, ut imposterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio Contrahentium Parocho tribus continuo diebus festi- vis in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuntietur; deindeque, nullo legitimo concurrente impedimento, ad illius celebrationem in facie Ecclesie, coram Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsis Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus Testibus præsentibus, ritè procedatur. Voluit etiam eadē Sancta Synodus, apud Parochum diligenter Librum custodi, in quo Conjugum, & Testium nomina, dñeque, & locus Matrimonii describantur.

S. 1. Provide tamen hujusmodi leges, tan- tā auctoritate saluberrimè instituta, pravā hominum temporum conditione sensim prolabi vise sunt, & enerves propemodum reddi, ob Matrimonia usū nimis recepta, quæ occulte adeò celebrantur, ut illorum notitia, quantum fieri potest, oblitteretur, & in tenebris ignorantia perpetuò jaceat consepulta. In more etenim positum est, illa celebrari nullis præviis factis Denunciationibus, coram solo Parocho, vel alio Sacerdote de eius licentia, adhibitā præsentia tantum duorum Testium appositi à Contrahentibus advocatorum, quorum fides nemini illorum est suspecta; remque peragi sapè extra

Ecclesiam, quandoque etiam intra illam, januis tamen occlusis, vel eo temporis momento, quo femorā alterius cuiusvis præsentia, scientia initi Matrimonii, præter Parochi, Contrahentium, Testiumque personas, alios penitus effugiat.

S. 2. Quantum à Sacramenti dignitate, & ab Ecclesiasticarum legum præscripto occulta hæc Matrimonia, *Conscientia* vulgo nuncupata, ut plurimum abhorreant, satis superque conjiceret quis poterit, qui mentis aciem ad exercitos illorum effectus convertat. Hinc enim gravia ortum habent peccata, præsertim vero eorum, qui Divini Judicii interminatione posthabita, priore Uxore, cum qua clām contraxerunt, relicta, cum alia spe futuri Matrimonii decepta, & in turpem secum vivendi licentiam abducta, palam contrahere promittunt. Quorundam vero mentem ita prava cupiditates exce- cant, ut novum contrahere secretum Matrimonium audeant, post alterum secrètò itidem contractum, & nondum prioris Conjugis morte solutum, seseque magno scelere polygamos red- dant. Alii etiam eò impudentia devenerunt, ut in hujs magni Sacramenti contemptum, post pri- mas secrètò initas, alteras aut publicè, aut privatum nuptias contrahendo, sese audaciū polygamia pariter innodore non perhorrescant. Age vero quam gravia, quam nullo pacto fe- renda ex his Matrimonii mala oriuntur. Si enim ad quacumque Matrimonii suspicionem sub- movendam, Virum seorsim à Muliere vivere contingat, sublata est illico individua vita con- suetudo, & contemptum est verbum Domini: *Adbarebit Homo Uxori sua, & erunt duo in carne una*: Sin hac vita consuetudo servetur, nemo est, qui illam criminis nonarguat, & utpote detestabilem, in scandalū materiam non traducat. Neque illata per scandalū dispendia re- pendit subsecuta celebratio occulti Matrimonii, quod in tenebris delitescit, & ab omnibus ig- noratur.

S. 3. Leviora quoque damna non sunt, qua suscepit Prolis irrogantur. Sapè enim contin- git, illam à Parentibus, & à Matre præfertim amotam, nec pīè, nec liberaliter institui; sed incertis fortuna casibus objectam reliqui; nisi etiam Parentes ipsi, contra natura leges, aucti nefario illius vita insidentur. Ubi vero tam immane facinus Parentes deterreat, illosque ad sobolem atendam, instituendamque humanitas ipsa compellat; alia imminet Liberis suscepit ex occulto Matrimonio lugenda Avitaram facultatum, & Bonorum jaētura, pro quorum posse- sione assequenda quamvis clament jura sanguinis, illis tamen careant necesse est, propter occulta Parentum Matrimonia, & ademptam le- gitimitatis, & Filiationis probationem.

S. 4. Huic etiam malorum origini sunt re- ferenda ipsa quoque secreta Matrimonia contra- cta à Filiisfamilias contra Patris justè dissidentis voluntatem; ex quibus quam gravia incom- modia exoriri soleant, neminem latet. Quid plura? Adeo invaluit malitia, ut quandoque in Minoribus Ordinibus constituti Pensions, & Beneficia, ad Divinum Cultum, & Ecclesiastica munia instituta, etiam post initum clām Matrimonium retinuerint, sibiique de mammona ini- quitatibus loculos miserrimè comparaverint.

S. 5. Dēfenda hæc igitur potius uberibus lacrymis, quam latiore calamo explicanda ma- orum congeries, cum ex hac Apostolice Sedis specula omnes sibi vindicet nostræ vigilantiae cu- ras; temperare non possumus, quin Vos ipsis, Venerabiles Fratres, in partem nostra sollicitudinis evocantes, vestram pietatem, & zelum excitemus ad custodiendas vigilias noctis super Grege Vobis credito, quem luctuosa horum

Mala & pec-
cata inde
consequen-
tia.

Prolis dam-
na spiritu-
alis, & tem-
poralia.

Filiorumfa-
milias, &
Clericorum
excessus.

Ideo monen-
te Episcopi,
ne facile di-
spensent à
publicationi-
bus.